Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Si presentia repis: multa ad spes bonas adsunt
adiuncta. Imprimis odium in Maximum odium:
tyrannicus affectus: Liberatio crudelitatis: Laude
gestarum rerum: Senatus populus Romanus: notitia
insignis: & honoris gloria sempiterna. Cum eo
adversari tibi & nobis cum iniuria hodie recusati,
finis instat. Perdimur & ipsi: si pdere oportebit.
fecimus iam nobis diuum maiore indignatione. Iacet
tyranni minister: & suae crudelitatis penas dedit a nobis interfectus. In quibus
nobis gentes sociae et principes & populos. & tu
ipse imperatorio honore fruere: & propterea Deinceps
nobis opus laudabit & neminem damnabit. Haec
dicente Iuliano, Caeca multitudo omnino
no potuit. Coruenses omnes: postea et ciuitate fama
diffusa est: Gordianum Augustum appellant. At
ille prima senectutem causatus: alioqui uero
gloriae cupidus, no erat sbiit. futurum q pns
periculum magis optandum esse duxit: Ratus
ne omnino idem graue fore: si opus sit, in
extrema senectute, cum imperatoria Digni
tate mori. Diuisa Libya repente concitatur:

Libya